Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

, 356.

Vorsatzbl. alt 1

Cod: CLV.

A 7.15.

Chartac: Fol: saec: 15.

1

Fr: Martini Fridolini Adaptationes Sermonum.

1a – 108b

Tractatus de vitiis, et virtutibus ordine alphabetico digesti cum adaptationibus sermonum, prout competunt dominicis, festis etc. Idem in omnibus opusculum, quod vidimus jam Codd. XCVII. et CXLIV. ubi vide. In codice autem praesenti verbis initialibus: Duplex est abstinentia, praemittuntur haec: " De abstinencia versus: "

Sunt hec collecta libro valgalia multa
Et alphabeto distincte scripta teneto.
Et positum titulo quodlibet in propriis
Inde conjici posset, hos tractatus esse epitomen ex alio opere, fors alphabetum morale nuncupato, in usum concionatorum confectam.

2

Berengarii de Landora lumen animae.

109a – 140b

Berengarii de Landora, Lumen animae. Titulum praefert: " Incipit prohemium libri quem lumen animae appellarunt. Initiatio est: " Summi mihi pontificis favente gratia, ejus pariter ad instinctum hunc animatus libellum adii componendum ". Porro cum invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, in hoc quoque humanus deleitetur animus, ut ex entibus atque effectibus naturalis ordinis in cognitionem manuductus veniat conditoris, ideo libuit ever

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155


, 357.

„tum in natura decrevi construere, cujus
„dissertatione et serie doctrinam, quae de Deo
„est — valeam luculentius exornare &c."
Praeterea author se triginta affirmat an-
nis huic opusculo compilando institisse,
fontesque, unde hauserat, enumerat. De-
mum in calce praefationis se ipsum manife-
stans ait: „Tandem ego Berengerius quon-
dam magister ordinis fratrum praedicato-
rum, nunc autem quamvis indignus com-
positel: archiepiscopus hunc sic fundatus
librum edidi ad utilitatem nostri ordinis
ac ad aedificationem hominibus universis."
Possidet Bibliotheca nostra Luminis animae
editionem, quae sine loco, et typographo
prodiit ao 1479. quam inter, et codicem
nostrum ms: institutam collatio sequentia
ne docuit:
1. Unum idemque in utroque contineri opus,
multo tamen in editione prolixius, ubi inse-
per adjectus est liber de septem appariti-
bus, et alia.
2 Authorem non esse Mathiam Farinatorem,
Carmelitam Viennensem / ut post Simlerum
perbene monuit Villiers in Bibl: Carmel: T. 2. Col:
410: / sed tantum editorem, qui dictum librum
in titulos, et titulos in paragraphos non re-
dico labore, uti in prologo praefatae editionis
legitur, distinxit. Nec aliter res se habere
potest. Nam author Luminis animae librum
Ioanni dicavit Joanni XXII ao 1330 (a) Fari-
nator autem floruit circa annum 1477.
tempore Sixti IV. tanta profecto aetatis
distantia, ut minus sit eam Pailletum de-
precipit: auctor T. I. C. 10. Fabricium in Bibl
med: et inf: Latin T. I pag: 380. et T. V pag:
56. Bernardum de la Monnoye, Claridium

(a) Villiers l.c:

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

, 358.



Braun aliosque fugisse, qui Mathiam Farinato, rem dicere Lumitis anima authorem.

3 Praeens opusculum ab ipso authore in, scriptum fuisse Librum eventuum in natura, voluntate autem Joannis XXII postea nuncupatum Lumen animæ. Vide præfationis prolo, gi finem.

4. Denique verum atque indubitatum hujusce, rei authorem esse Berengarium Ord: Prædicat: alumnum, qui quantum scio, omnes hucusque latuit operum censores. Est is Berengarius de Landora, pietate, et scientia clarus, de quo Quetif Script: Ord: Præd: T. I. pag: 514. obi, itq; juxta eundem 1330. 18 Sept. Idem loco citato, p: 517. adducit librum Berengarii Archi, epiſti compostellani de eventibus rerum, additq;: " An Berengarii nostri opusit, an alterius monachi Nigri, qui ante nostrum fe, derat, discutiant, penes quos liber." Non esse alterius, codex hic noster ms:/: profec, to rarus:/ evincit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

, 359.

3

Sermones quadragesimales num: 44. Primus incipit: "Tu autem cum jejunas unge caput tuum Mat. VI. In hoc jejunii capite notandum est nobis." Cujus sint, adhuc ignoro; S. Vincentii Ferretii non esse, licet iisdem incipiant verbis, patet ex edit: Norimb: 1492. His manus aliena septem addidit sermones diversi thematis partim mutilos, partim minoris momenti, quam ut iis diutius immorer. 145a–189a

Cod: CLVI.

Chartac: Fol: Sec: 15.

A 7.16.

1

Aegidii Romani Lucianus, seu Lucida, vel, id est, expositio vocabulorum biblicorum ordine alphabetico. Initium prologi est: "Cum juxta sapientis assertionem bonorum laus bonum gloriosus sit finetus." In fine prologi author dicit, hoc opusculum non incongrue nominari Lucianum, quia difficiles dictiones ex diversis doctorum descriptis, nibus producuntur in lucem. Opus ipsum incipit: "Abba sicut dicit glosa ad Gala 1a–124a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 155

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27494

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)